

DIPTERA DUO NOVA EX HUNGARIA

descripsit TH. BECKER. (1908)

Leucophenga leucostoma n. sp. ♂

Thorax cum scutello abdomineque niger nitidus; macula humerali et metapleurali rotundata alba; halteribus concoloribus; capite cum antennis fuscis, frontis superiore parte nigra; epistomate albo-maculato; pedibus fuscis, trochanteribus tarsisque pallidioribus, tibiis posticis paulo incrassatis; alis lenissime infuscatis. Long. corp. 3 mm.

Hungaria meridionalis: Szászka, 7. IX. 1899 (KRISTEN).

Madiza pachymera n. sp. ♂

Tota nigra nitida; fronte opaca, haustello elongato; abdominis parte superiore opaca; pedibus totis nigro-nitidis, coxis anticis elongatis, femoribus anticis posticisque incrassatis; alis albidis. Long. corp. $2\frac{1}{2}$ mm.

Hungaria occidentalis: Ugod, 2. VI. 1906 (KERTÉSZ).